



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1725. usque ad annum 1728

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1784

VD18 13322648

§. 25. Benedicti XIII. Papæ gesta Beneventi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67667](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67667)

Sæc. XVIII. Leibnitius Vir longe acutissimus in
A.C. 1727. Echardo per integros viginti annos in-
 genii hebetudinem, & ad perficiendos
 hosce labores impotentiam non depre-
 hendit. Attamen Eckardi fortuna conti-
 git, quod ipse jam Catholicæ Religioni
 redditus suos *commentarios de rebus Fran-*
ciae Orientalis ediderit, quo opere ad ho-
 stium suorum confusionem comproba-
 tum redditur, illum uti semper, ita
 & tum fuisse Scriptorem ingenii acie,
 & laboris assiduitate longe præstantis-
 simum. En! quam exigua fides tri-
 buenda sit Acatholicorum nonnullis,
 dum de suorum transitu ad Catholi-
 cos sua proferunt judicia, et si in aliis
 fide dignissimi sint.

§. XXV.

Benedicti XIII. Papæ gesta Bene- venti.

Postquam Benedictus Papa superatis
 omnibus, quæ objectabantur, dif-
 ficultatibus Beneventum proficisci con-
 stituerat, die vigesima secunda Martii
 prius Cardinalem Cosciam, & Melphi-
 tensem Episcopum, qui necessaria præ-
 pararent, eo contendere jussit, ipse
 vero die vigesima quinta ejusdem Men-
 sis Roma profectus, die prima Aprilis
 Beneventum venit, incredibili om-
 nium

num lætitia exceptus. Vix eo dela- Sæc. XVIII.
A. C. 1727.
tus erat, cum totum fæse Christianæ
charitatis operibus dicaret. Præpri-
mis Urbi ære alieno graviter pressæ
sexaginta aureorum millia, quæ Ponti-
ficio ærario numerare debuisset, ad
sexennium remisit, & Ecclesiæ S. Phi-
lippo Neri sacræ viginti novem scuto-
rum millia dono dedit, præter ingen-
tem pecuniæ vim, quam pro exor-
nanda eadem Ecclesia erogabat: Ab-
soluta autem illius fabrica magnificum
hoc Templum ipsius solemani ritu sacra-
bat. Nec minor erat ipsius liberalitas
erga alias ejusdem Urbis Ecclesiæ,
ad quarum restorationem quindecim
aureorum millia suppeditavit, & Gu-
bernatoris Palatum insumptis sexies
mille aureis reparari jussit: quolibet
etiam die in singulos pauperes turma-
tim confluentes duos grossos distribuit,
ac ipsius ægrotos sæpius non modo
sua præsentia, sed etiam piis horta-
tionibus, & larga eleemosyna suble-
vavit, Verbo: omnibus prætereundo
benefecit, non raro singularem ejus
pietatem palam benedicente Domino;
quippe puellam ab Orci genio infessam
imposita ejus capiti dextera, & facto
S. Crucis signo a malo hoc inquilino
liberavit, quinquenni pueru morbis
fracto sanitatem, duodenni cæco vi-
Hist. Eccles. Tom. LXXII. Mm sum

Sæc. XVIII. sum, & alteri surdo aurium usum re-
A. C. 1727 stituit. Toto igitur, quo Beneventi

morabatur, tempore nova indies suæ
pietatis monumenta exhibuit, ac Cle-
rum populumque sibi peculiari bene-
volentia acceptum eximiis chari-
tatis paternæ officiis prosecutus est:
Ubi vero Roman reverti instituit, Præ-
fules, Proceres, & Urbis Primores,
necnon cives magno numero concur-
rentes in hæc verba allocutus est: „Fi-
„lioli mei, amor, quo vos complector,
„me ad vos, antequam moriar, ve-
„nire compulit: vestra erga me bene-
„volentia, adhucdum in me immutata
„viget, conservate eam mihi, de mea
„vicissim nunquam intermoritura per-
„suasi sitis, & quamvis a vobis corpore
„segreger, animo tamen semper vobis-
„cum sum. „ Ad tenerrima hæc Pa-
tris verba una omnes gemitu potius ac
corde, quam verbis aut lingua filiale-
sum affectum, gratumque animum
testabantur, ac demum die duodecima
Maij abeuntem potissimi per integrum
leucam lacrimis ubertim effusis, &
faustissimis acclamationibus comita-
bantur.

§. XXVI.

*Variæ controversiæ per Papam Ro-
mæ compositæ.*

Quam-